TENTAMEN INAUGURALE

DE QUIBUSDAM

PLANTIS MEDICINALIBUS,

ET EARUM SUCCEDANEIS.

REGNUM vegetabile plusquam ullum aliud regnum naturæ ad usum hominis profert. Necessaria suppeditat sive corpori sano, sive morboso. Sed eæ tantum materiæ jam considerantur, quæ in usum medicinalem usurpatæ, et quidem paucæ harum, si necnon earum succedanea comprehenderentur, dissertationis inauguralis limites angustos satis implere sunt. Nihil bonitatem CREATORIS mundi melius patefacere potest, quam munificentia cum qua omnia necessaria ubique sparguntur; autem præcipue plantæ medicinales ita profuse dispersæ

sunt, ut nulla regio terrarum orbis omnino derelinquatur. Succedanea quidem omnium utiliorum in plurimis locis, si non res ipsæ inveniantur. Et, quamvis omnes non habent succedanea adduc nota, tamen probabilis est, ut in brevi tempore quædam in lucem proferantur, nam pleraque horum nuper detecta sunt. Numerus plantarum quæ totum orbum tegunt non adhuc noscitur, sed quibusdam Botanicis fere quadraginta millia specierum nunc recensita sunt[1]. Numerus non major septingentis speciebus antiquis botanicis, ut DIOSCORIDE, PLINIO, &c. scriptus est[2]. Auctores recentes omnes reliquas invenerunt. Plantæ, quæ ad usum quendam applicari possunt, tantum antiquis cognoscebantur, et proprietates harum tam exclusive investigabantur, ut etiam descriptiones plantarum sæpissime neglectæ sint, ita, ut semper res difficilis sit, cognosci de qua dixerunt. Recentes autem scriptores aliam methodum capiunt: ut LAMARCK ob-

---

[1] HUMBOLDT, "De Distributione Geographica Plantarum," p. 23.

[2] WILLDENOW, "Principles of Botany," p. 144. Edin. 1811.

servavit[1], "Les modernes s'occupent seulement du soin de distinguer toutes les plantes qu'ils peuvent observer, sans qu'aucun d'eux pour ainsi dire, daigne s'attacher à indiquer l'usage qu'on en peut faire." Omnes partes scientiæ medicæ præsertim a Græcis cultæ sunt, et notitia harum, quæ nationes aliæ Europæanæ nunc habent, primum ab illis derivata est. Sed ab illis temporibus plurimæ partes medicinæ multum increverunt; tamen non omnes æque; nam materia medica abhinc nullas magnas accessiones in ratione cum aliis recepit. Numerus plantarum, quibus medici hodie utuntur, non ad progressum scientiæ botanicæ respondet. Ducentæ et decem plantæ tantum in Pharmacopœiis Britannicis enumerantur; sed etiam non multæ harum plerisque medicis vulgariter in usum vocantur. Multæ etiam ad magnum pretium ex regionibus remotis feruntur, cum multa succedanea in nostris agris sponte crescunt, quæ gratis obtineantur. Dimidium plantarum in catalogo Britannico materiæ medicæ ad Europam pertinet; tamen nullæ ad partes septentrionales propriæ sunt, sed omnes in Euro-

---

[1] Encyclopedie Methodique, discours preliminaire, p. 2.

pa media et australi inveniantur. Nihilominus loci natales paucarum ad Lapponiam usque extenduntur; sed nulla officinalis quidem Britanniæ est peculiaris, nisi fortasse Mentha Piperita. Asia et America in numero plantarum officinalium juxta Europam proveniunt. Africa autem non solum in plantis officinalibus, sed etiam in succedaneis, maxime deficit. Sex plantæ tantum officinales proprie Africæ sunt peculiares; aliæ quæ ibi inveniuntur, in Asia et etiam in America sylvestre nascuntur. Quamvis paucæ plantæ post hoc proprietatibus novis inveniri possint, tamen scrutatio de viribus vegetabilium, et earum succedaneis, est magnæ utilitatis. Incolæ unius partis terrarum orbis non tantopere ex aliis auxilio egerent, et peregrinatores per regiones remotas, cum summis angustiis premantur, in quodam modo has levare possint.

DE METHODIS INVENIENDI VIRES PLANTARUM.

Tres methodi a DECANDOLLE[1], nempe scrutatio proprietatum evidentium, analogia naturalis,

---

[1] Essai sur les Propriétés Medicales des Plantes, p. 3.

et analysis chemica, enumeratæ sunt; sed necnon his auxilium, quod ab animalis regni investigatione acquiritur, addatur.

I. Ab indagatione proprietatum evidentium, nempe gustu et olfactu, paulum disci potest. Sed hæc sæpe nullius usus sunt; nam multa utilia neque gustum, neque odorem habent, et plurima perniciosa non tuto in hoc modo examinentur.

II. Analogia naturalis in habitu plantarum sæpissime indicium est similitudinis virium. Pleræque recentes inventiones ab hac originem capiunt, et certe modus optimus est inveniendi succedanea. Nunc bene cognoscitur, ut sæpe non solum duæ, vel tres, sed etiam omnes fere species generis, et sæpissime pleræque species, et genera ordinis naturalis, easdem proprietates possideant. Cuncta genera Datura, Gentiana, Quassia, &c. magna portio generum Cinchonæ, Salicis, &c., et fere omnes species ordinum naturalium Convolvulacearum, Palmarum, Graminearum, pariter præstant. Effectus similes duntaxat inter partes simillimas diversarum plantarum quæri debent, et una pars plantæ non promiscue in loco alius partis caperetur, nam plantæ non eædem sunt in omnibus partibus. Succus Acaciarum est mitis, sed earum cortex est valde astrin-

gens[1]. Frondes filicum quarundam anthelmintica valida sunt, autem earum radices alimentum bonum præbent. Multa alia exempla hujus darentur. Succedanea nihilominus non semper ab hoc modo inveniantur, præsertim cum genus, aut ordo naturalis solum in arcta tractu terrarum orbis gignantur, nam analogia nisi inter plantas similes, succedanea non patefacere potest.

III. Analysis chemica, plurima principia vegetabilia monstrat. Saccharum, Gummi, Tannina, et multa alia, ita pati possunt; sed multæ sunt res, ut vires peculiares Digitalis, &c., quæ nimis subtilia videntur, quam ut ulla arte chemica deprehendi possint.

IV. Scrutatio zoologica.—Animalia multa de qualitatibus plantarum homines docuerunt. Quædam remedia præstantissima ab illis indicata sunt. Incolæ Indiæ, Viverram Ichneumonem, cum a serpente venenata morsatur instanter Ophyoxylon serpentinum comedere, observabant[2]. Post hoc hanc plantam semper, et utiliter adversus

---

[1] Duncan's Dispensatory, 9th edit. p. 2.

[2] Willdenow's Principles of Botany, p. 442. Edin. 1811,

morsus serpentum impetraverunt. In modo simile Americani sylvestres Aristolochiæ serpentariæ, A. anguicidæ, et Polygalæ Senegæ, effectus mirabiles invenerunt. Præterea, alia ab experimentis quæ cum animalibus fiunt, obtenta sunt. Sed, quamvis multa ab animalibus majoribus discerentur, tamen forsitan plura ab indagatione animalium exiguorum, aut insectorum, deprehendi possint. Multa insecta, sed præsertim earum larvæ, sæpissime ad unam plantam, aut plerumque ad numerum parvum, et hæ semper inter se et in proprietatibus, et in habitu naturali concordant, cohibentur. Ita bene noscitur, quædam insecta semper iisdem plantis adhiberi, ut nomina eorum sæpe ab his, quas inhabitant, caperentur. Exempla hujus sunt Phalæna Mori, P. Humili, &c., Papilio Brassica, Papilio Rapæ, &c. Hæc insecta non solum unam speciem, sed diversas vulgariter incolunt, ut Phalæna Mori, quæ ad varias species mori conspiciatur. Jam, si proprietates unius plantarum inventæ sint, quæ ab eodem insecto inhabitantur, non multum dubium est, quin omnes harum simillimas vires habeant.

Habitationes Plantarum præcipue e "Synopsi Plantarum" PERSOONII, et ex "Edinburgh Dispensatory" Doctoris DUNCAN, excerptæ sunt.

ACACIA VERA, ET A. ARABICA.

Gummi Arabicum ab Acaciis variis legitur, sed duæ tantum species in pharmacopœiis Britannicis enumerantur, quamvis omnes prosunt[1]. Ex arboribus multis præter Acacias etiam sponte exudat. Gummi Acaciarum in medicina præcipue usurpatur, sed mucilago, quæ ex variis Lichenibus obtineatur, et quæ in multis rebus cum gummi Arabico concordat, interdum præcipitur.

Quanquam vegetabilia quæ præbent gummi, in proprietatibus eorum succorum accordant, tamen in aliis mirabiliter inter se discrepant. Cortices[2] Acaciarum Prunorum, et Swieteniæ, sunt maxime astringentes. Cortex[3] radicis Meliarum anthelminticum efficax præstat, et Oleum[4] ex seminibus expressum in Japonia necnon candelas formare utitur.

---

[1] DUNCAN's Dispensatory, 9th edit. p. 2.

[2] Ibid.

[3] BARTON, Lond. Med. & Phys. Journ. vol. viii. p. 429.

[4] Ibid.

Distributio Plantarum quæ Gummi præbent.

In Europa,

[1]*Prunus domestica*, [2]*P. Cerasus*, [3]*Citraria Islandica*, *&c.*

In Africa,

[4]*Acacia vera*, [5]*A. arabica*, [6]*A. Senegal*, *&c.*

In Asia,

[7]*Swietenia febrifuga*, [8]*Melia Azadriachta.*

In Africa,

[9]*Melia Azedarach.*

ARISTOLOCHIA SERPENTARIA.

Serpentes pestiferi multas partes terrarum orbis infestunt. In Europa, quamvis quidam angues venenati eduntur, tamen harum ictus raro ad mortem perducunt. Loci varii Americæ, Asiæ et Africæ, serpentes terribiles gignunt, et hi sæpissime in spatio momentorum paucorum

---

[1] [2] DUNCAN'S Dispensatory, p. 2.

[3] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p. 318.

[4] [5] [6] [7] [8] DUNCAN'S Dispensatory, p. 2.

[9] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p 141.

B

occidunt. Numerus plantarum adversus morsus serpentum magnus est usus. Plurimæ harum a temporibus antiquissimis ab incolis regionum, in quibus sponte crescunt, sicut specificæ habitæ sunt. Tamen nullum dubium est, ut quædam non tam efficacissime, ut vulgariter putatæ sunt exhibeantur, et etiam paucœ habeant nullam vim curandi morsus anguium. Variæ plantæ in locis, ubi nulli serpentes venenati gignuntur, contra horum morsus uti dicuntur. GRAY dicit [1], ut Cissampelos Caapeba in Insula Martinica usurpatur, quamvis nulli serpentes venenati unquam ibi inventi sunt. Feuillea cordifolia in St Domingo "noix de serpente" appellari, et ibi adhiberi dicitur, sed hæc insula nullos serpentes venenatas habet. Omnes auctores, jam concordant in dicendo, ut serpentes omnium insularum Indiæ Occidentalis innocui sunt [2], et quamquam incolæ imperitæ morsus, ut venenatos considerent, tamen narratio hujus erroris non indicium, aut boni judicii, aut accurationis in hominibus, qui saltem paulum esse doctiores debent, habebitur. In-

---

[1] Pharmacology, 2d ed. p. 147.

[2] MOSELEY on Tropical Climates, 4th ed. p. 34. EDWARDS' History of the West Indies, vol. i.

docti quidem regionum nostrarum in modo simili Lacertam agilem, L. palustrem, et Ranam Bufonem, veneficas esse putant; sed qui nunc remedia et antidota absurda populorum imperitorum adversus hæc animalia innocua narraret? "Toutes les plantes, qui sont amères, toniques, excitantes, on violamment sudorifiques, ont été célébrées dans divers pays pour leur utilité contre les morsures des serpens." Sic DECANDOLLE scribit[1]; sed tantum in hoc loco Corymbiferas citat, autem forsitan Aristolochia et Polygala, si non omnia succedanea, proprietates has habeant. Pars præcipua plantarum maxime celebrata adversus ictus serpentum Americæ, et Indiæ, indigena est, et ibi serpentes sunt magis terribiles. Aristolochia Serpentaria, A. anguicida, et Polygala Senega in America Boreali, et Feuillea cordifolia, et præsertim Mikania Guaco, "ob incredibilem vim medicam ad curandum morsum serpentum[2]," in America Tropica et Australi, præcipue laudantur. In India, Ophioxylon serpentinum, et multæ aliæ plantæ, incolis utiliter præci-

---

[1] Essai sur les Propriétés Medicales des Plantes, p. 3.

[2] HUMBOLDT, "De Distributione Geographica Plantarum," p. 23.

piuntur. Alia succedanea hic vix opus est recensere, nam præcipua in catalogo sequente ponuntur.

Distributio Plantarum quæ adversus Morsus Serpentum exhibentur.

In Europa,

[1]*Polygala vulgaris*, [2]*P. amara*, [3]*Sparganium ramosum*, [4]*Fraxinus excelsior.*

In Asia,

[5]*Aristolochia longa*, [6]*A. bracteata*, [7]*A. semperrens*, [8]*Ophiorrhiza Mungos*, [9]*O. lanceolata*, [10]*Plumbago zeylanica*, [11]*P. rosea*, [12]*Ophioxylon serpentinum*, [13]*Euphorbia pilulifera*,

---

[1] Duncan's Dispensatory, 9th ed. p. 292.
Decandolle, Essai sur les Prop. des Plantes, p. 31.

[2] Gray's Pharmacology, 2d ed. p. 120.

[3] Ibid.

[4] Raii, Catalogus Plant. Angliæ, p. 113. Lond. 1677.

[5] [6] Scott, Tent. Med. Inaug. de Plant. Med. Insulæ Ceylonæ. Edin. 1819.

[7] Encyclopedie Methodique, t. i. p. 253.

[8] Decand. Essai sur les Prop. des Plantes, p. 257.

[9] Gray's Pharmacology, p. 64.

[10] [11] [12] Scott, Tent. Inaug.

[13] Persoon, Synopsis Plantarum, t. ii. p. 10.

[1] *Croton Tiglium*, [2] *Flacourtia sepiaria*, [3] *Strychnos Nux vomica*, [4] *S. colubrinum.*

In America,

[5] *Aristolochia Serpentaria*, [6] *A. anguicida*, [7] *A. Sipho*, [8] *A. odoratissima*, [9] *Polygala Senega*, [10] *P. sanguinea*, [11] *Asarum virginianum*, [12] *Bignonia radicans*, [13] *Feuillea cordifolia*, [14] *Mikania Guaco*, [15] *Cissampelos Caapeba*, [16] *Collinsonia præcox.*

In Africa, Asia, et etiam in America,

[17] *Cyperus articulatus.*

---

1 Edin. Med. Journal, vol. xii. p. 319.

2 3 4 Gray's Pharmacology, p. 67. et 144.

5 Duncan's Dispensatory, &c.

6 Willdenow's Principles of Botany, p. 442. Edin. 1811.

7 Duncan's Dispensatory, 9th ed. p. 279.

8 9 Encyclopedie Methodique, t. i. p. 253.

10 Decandolle, Essai sur les Propriétés des Plantes, p. 231.

11 12 Ibid. p. 40. et 63.

13 Moseley on Tropical Climates, 4th ed. p. 38.

14 Humboldt, De Distributione Plantarum, p. 6.

15 Gray's Pharmacology, p. 147.

16 17 Ibid, p. 40. et 15.

ATROPA BELLADONNA.

Atropa Belladonna multum in usu est a chirurgicis cum suffusiones oculorum removere vocantur. Ejus vis peculiaris in resolvendo nervos oculorum primum JOANNE RAIO percepta fuisse videsse videtur. Nam, ille peritissimus in omnibus rebus quæ ad scientiam naturalem referunt, dicit de hoc effectu, secut ille nunquam prius notaverat. "Horum (foliorum) et ipse anno præterito effectum oppido vidi mirabilem, nobilis Domina ulcusculo cuidam infra oculum, folii recentis particulam imposuit, quæ noctis unius spatio, uvium oculi tunicam adeo relaxavit, ut omnem explicandi sese, et pupillam contrahendi facultatem ei adimeret[1]." Atropa Belladonna solum in Europa, sed non ibi sylvestris ubique crescit. Non in Lapponia, Norvegia, Suecia, Dania, &c. occurrit. Hyoscyamus niger autem, qui necnon ad usum eandem applicatus est, per totam Europam obvius est. Atropa Mandragora a Doctore NYSTEN cum his æque valere dicitur[2]. Multæ aliæ Solanearum, secundum DE-

---

[1] RAII Catalogus Plantarum Angliæ, 2d ed. p. 276.

[2] Dictionnaire de Médecine, voy. Belladonne.

CANDOLLE, similiter præstant[1]. Plantæ quæ infra enumerantur, omnes solum in Europa, et in Asia septentrionale, inveniuntur. Nullæ mihi cognoscuntur, quæ in America, aut in Africa, aut in majore parte Asiæ, vires similes habent.

Atropa Belladonna et ejus succedanea.

In Europa conspiciuntur,

[2]*Atropa Belladonna*, [3]*Hyoscyamus niger.*

In Europa, et in Asia septentrionale,

[4]*Atropa Mandragora.*

CAMPHORA.

Laurus Camphora, officicinalem camphoram reddit, et in majore copia quam ullæ aliæ plantæ. Quædam arbores, ut Lauri, et arbor Bornoensis non scripta, sponte ex earum corticibus grana concreta exudant[5]; sed per distillationem ex his communiter comparatur. Camphora necnon ex oleis plurimis volatilibus utilter paretur. "M.

---

[1] Essai sur les Propriétés Medicales des Plantes, p. 227.

[2] DUNCAN's Dispensatory, 9th ed. p. 64.

[3] Ibid, p. 168.

[4] NYSTEN, Dict. de Med. voyez Belladonne,

[5] DUNCAN's Dispensatory, 9th ed. 77.

Proust a prouve que le camphre existe de même, et en quantité tellement abondante, qu'on peut l'extraire avec avantage, dans les huiles de Sauge, et de Lavande, et probablement dans toutes les huiles volatiles des Labiées[1]." Doctor Murray dicit[2], ut Proust quartam portionem olei volatilis Lavandulæ esse Camphoram, et partam octavam olei Salviæ officinalis reperit. Camphora ex multis, et valde diversis vegetabilibus obtineatur. Nullæ monocotyledones, ex auctoritate M. Fourcroy, et etiam secundum Humboldt[3], camphoram reddunt; sed hoc non verum est, nam in genere Amomo[4], reperitur, quod ad monocotyledones pertinet. Nequaquam e dicotyledonibus præcipue extrahitur. Acotyledones non prosunt. Nullæ plantæ Americanæ, et tantum una Africana sunt, quæ camphoram præbere dicuntur; tamen nullum dubium est, sed ut ex plurimis plantis aromaticis harum regionum comparetur.

---

[1] Decandolle, Essai sur les Prop. Med. des Plantes, p. 234.

[2] System of Chemistry, vol. iv. p. 178.

[3] De Distributione Geographica Plantarum, p. 246.

[4] Duncan's Dispensatory, 9th ed. p. 77.

Distributio Plantarum quæ Camphoram præbent.

In Europa,

[1] *Thymus Serpyllum*, [2] *T. vulgaris*, [3] *Juniperus communis*, [4] *Rosmarinus officinalis*, [5] *Salvia officinalis*, [6] *Lavandula Spica*, [7] *Myrica Gale*, [8] *Mentha crispa*, [9] *M. odorata*, [10] *M. Piperita*, [11] *M. sylvestris*, [12] *M. aquatica*, [13] *M. Pulegium*, [14] *M. arvensis*, [15] *M. viridis*, [16] *M. gentilis*, [17] *M. cervina*.

In Asia,

[18] *Laurus Camphora*, [19] *L. Cinnamomum*, [20] *L. Cassia*, [21] *Alpinia Galanga*, [22] *Amomum Zedoaria*, [23] *A. Cardamomum*, [24] *Litsæa chinensis*.

In Asia, et etiam in Europa,

[25] *Origanum Majorana*.

1–5 Duncan's Dispensatory, 9th ed. p. 77.

6 Murray's Chemistry, vol. iv. p. 178.

Decandolle, Essai sur les Prop. des Plantes, p. 233.

7 Linnæi Flora Lapponica.

8–17 Gray's Pharmacology, p. 51.

18–23 Duncan's Dispensatory, p. 77.

24 Decand. Essai sur les Prop. des Plantes, p. 253.

25 Duncan's Dispensatory, p. 77.

In Asia et in Africa,

[1] *Piper Cubeba.*

CASSIA SENNA.

Cassia Senna non est species, quæ sennam veram officinarum ex auctoritate PERSOON[2], et GRAY[3], sed præcipue a Cassia orientale (PERSOON) legitur, reddit. Folia hujus speciei efficaciora, quam illa C. sennæ esse putantur. Aliæ species Cassiæ generis in iis regionibus quibus indigenæ sunt in usum medicinalem usurpantur. Myoschilos oblonga incolis Chilensibus instar sennæ, et Globularia Alypum " par les Provençeaux," frequenter exhibentur.

Distributio Plantarum quæ pro Senna substituantur.

In Europa,

[4] *Globularia Alypum,* [5] *Fraxinus excelsior.*

---

[1] DUNCAN's Dispensatory, p. 77.

[2] Synopsis Plantarum, t. i. p. 657.

[3] Pharmacology, p. 112.

[4] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p 236.

[5] GRAY's Pharmacology, p. 476.

In Africa,

[1] *Cassia Senna.*

In Asia, et necnon in America,

[2] *Cassia orientalis*, [3] *C. absus.*

In America,

[4] *Cassia emarginata*, [5] *C. Marilandica*, [6] *Myoschilos oblonga.*

CONVOLVULUS.

Nihil notionem accuratiorem de analogia, quæ inter habitus naturales plantarum et earum proprietates existit, quam genus Convolvulus dare potest. Pleræque species vires catharticas possident, et quanquam paulum inter se differunt, tamen potius in validitate quam in ullis aliis. Convolvulus Scammonia multis medicis periculosus judicatus est, sed secundum Doctorem DUN-

---

[1] DUNCAN's Dispensatory.

[2] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p. 139.

[3] GRAY's Pharmacology, 2d ed. p. 120.

[4] [5] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p. 132.

[6] PERSOON, Synopsis Plantarum, t. i. p. 235.

CAN[1], cum in portionibus proprie divisis tute, et utiliter exhibeatur.

Distributio Convulvulorum medicinalium.

In Europa,

[2] *Convolvulus arvensis*, [3] *C. Soldanella.*

In Asia,

[4] *Convolvulus Scammonia*, [5] *C. Turpethum*, [6] *C. maritimus.*

In America,

[7] *Convolvulus Jalapa*, [8] *C. panduratus*, [9] *C. macrorrhiza*, [10] *C. Brazilienzis.*

In Europa et in America,

[11] *Convolvulus sepium.*

DAPHNE MEZERIUM.

Cortex radicis, quæ est pars officinalis non tantum ab una specie legitur, ut in Pharmacopœiis Britannicis indicatur, sed cortices duarum vel trium promiscue venduntur [12]. Fraus non qui-

---

1 Edinburgh Dispensatory, 9th ed. p. 119.

2–11 DECANDOLLE, Essai sur les Prop. Med. des Plantes, p. 220.

12 GRAY'S Pharmacology, 2d ed. p. 41.

dem valde perniciosa, nam plurimæ species generis Daphnes, si non omnes, simillimas proprietates habent.

Distributio Daphnium.

In Europa,

[1] *D. Mezereum*, [2] *D. Laureola*, [3] *D. Cneorum*, [4] *D. Tartonraira.*

In Asia,

[5] *D. Altaica.*

In Africa et in Europa,

[6] *D. Gnidium.*

GENTIANA LUTEA.

Numerus plantarum copiosissimus est, quæ proprietates similes Gentianæ luteæ possident. Principium chemicum amarum a toto genere Gentiana præberi apparet, sed non in hoc tantum, nam etiam plurimis aliis generibus ordinis naturalis Gentianarum, ut Menyanthe, Chlora, Chironia, Coutoubæa, et Frasera invenitur. Genus Quassia, amarum validum et purissimum suppe-

---

[1–6] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés Medicales des Plantes, p. 256.

ditat. Qassia excelsa est sola species officinalis, quanquam aliæ esse efficaciores cognoscuntur. Quassia ad ordinem naturalem Simaroubearum, nihil in habitu naturali Gentianeis appropinquantium, pertinet. DECANDOLLE[1] ita dicit, "Toutes les especes de cet famille, peu nombreuse, il est vrai, jouissent des même propriétés;" sed species tantum, quæ præcise dicuntur ita præstare, in catalogo sequente subjiciuntur.

Distributio Plantarum quæ pro Gentiana lutea substituantur.

In Europa,

[2] *Gentiana verna*, [3] *G. Amarella*, [4] *G. campestris*, [5] *G. cruciata*, [6] *G. purpurea*, [7] *G. rubra*, [8] *G. acaulis*, [9] *Menyanthes nymphoides*, [10] *Chironia Centaureum*, [11] *Chlora perfoliata.*

In America,

[12] *Quassia excelsa*, [13] *Q. amara*, [14] *Q. Simaruba*,

---

[1] Essai sur les Propriétés Medicales des Plantes, p. 88.

[2] [3] Ibid, p. 216.

[4] GRAY's Pharmacology, p. 143.

[4–10] DECANDOLLE, p. 217,

[11–14] GRAY's Pharmacology, p. 143.

[1] *Q. polygama*, [2] *Frasera carolinensis* (*F. Walteri*), [3] *Chironia angularis*, [4] *Contoubæa spicata*, [5] *C. alba*, [6] *C. purpurea*, [7] *Gentiana Peruviana.*

In Europa et in America,

[8] *Menyanthes trifoliata.*

In Asia,

[9] *Gentiana Chirayita.*

GUAIACUM.

Guaicaum officinale solum in Pharmacopœis Britannicis locum tenet, et ab hoc gummi et lignum medicinale obtinentur; sed aliæ species æque prosunt. Phytolacca decandra est maxime laudata, et BARTON etiam efficaciorem esse quam Guaiacum putat. Lignum Juniperi communis, et resina Hippomanis Mancinellæ, pro similibus partibus Guaiaci officinalis commendatæ sunt. Hymenia Courbaril præbet " Gum Anime" quod in loco Guaiaci detur.

---

[1] GRAY's Pharmacology, p. 143.

[2] DUNCAN's Dispensatory, 9th ed. p. 283.

[3] DECANDOLLE, p. 217.

[4] GRAY's Pharmacology, p. 65,

[5—9] DECANDOLLE, p. 217.

Distributio Plantarum quæ lignum, et gummi Guaiacum suppeditant.

In Europa,

[1] *Juniperus communis.*

In America,

[2] *Guaiacum officinale*, [3] *G. sanctum*, [4] *Hippomane Mancinella*, [5] *Hymenia Courbaril.*

In Europa, Africa, et America.

[6] *Phytolacca decandra.*

Rheum.

Species Rhei, quæ radicem officinalem producit, non adhuc bene cognoscitur. Dubium, quæ de vera specie existit, non magni momenti est, nam major pars specierem æque valent[7]. Rumices plurima succedanea Rheis suppeditant. Rumices non tantum in viribus catharticis, sed

---

[1] Gray's Pharmacology, p. 30.

[2] [3] Decandolle, p. 90.

[4] Gray's Pharmacology, p. 39.

[5] Ibid, p. 115.

[6] Barton, Lond. Med. & Phys. Journ. vol. viii.

[7] Decandolle, p. 60.

etiam in effectibus roborantibus simul cum Rheis quum in portionibus exiguis exhibeantur, concordant. Genus Thalictrum, quod habet paucas species cum facultatibus catharticis, multo optimum Rhei succedaneum est[1].

Distributio Rheorum, et eorum succedaneorum.

In Europa,

[2] *Rumex patientia*, [3] *R. aquaticus*, [4] *R. acutus*, [5] *R. obtusifolius*, [6] *R. alpinus*, [7] *Thalictrum flavum*, [8] *T. majus*.

In Asia,

[9] *Rheum palmatum*, [10] *R. undulatum*, [11] *R. compactum*, [12] *R. Ribes*, [13] *R. hybridum*, [14] *R. Rhaponticum*.

In America,

[15] *Rumex sanguineus* (PERSOON).

---

[1] GRAY's Pharmacology, p. 150.

[2] [6] Ibid, p. 44.

[7] [8] Ibid, p. 149.

[9–14] DECANDOLLE, Essai sur les Prop. Med. des Plantes, p. 246.

[15] GRAY's Pharmacology, p. 44.

SACCHARUM.

Saccharum est materia communis in regno vegetabili, sed non solum in eo reperitur, nam quædam substantiæ animales, ut lac, et urina laborantium diabete mellita, magnam copiam præbent. In plerisque plantis, et in omnibus seminibus ad tempus germinationis existit. Non ad unam partem plantarum adhibetur; sed in diversis plantis in variis locis detegatur, ut in radicibus Betæ, Dauci, Heraclei, in culmis Graminium, in caudicibus Aceris, Betulæ, Palmarum, in seminibus omnium sed præsertim graminum, in foliis, vel potius frondibus ulvarum, et fucorum, et etiam in floribus, si materia ex qua apes mel formant,* Saccharum consideretur. Præcipue ex culmis, et caudicibus plantarum obtinetur. Culmi omnium graminum ante tempus florescentiæ succum saccharinum continent, autem Saccharum officinarum in maxima copia. Cujus ratio videtur, Saccharum officinarum esse, et in conditione optima ita facere, nam nunquam florescit, et necnon unum graminum majorum. Alter gramen Holcus Cafer, nunc in Italia ad saccharum parandum utiliter colitur. Palmæ quædam, ut

Borassus flabelliformis, Elate sylvestris, et Arenga saccharifera, in India Orientale quantitatem magnam succi saccharini reddunt, qui ibi in saccharum, vel in potionem ardentem formatur. Variæ species Aceris fere ubique in America Boreali parare saccharum coluntur. Arbores quædam in Britannia succum saccharinum copiose suppeditant, quem usurpetur, si non fuisset contra legem. Aliæ plantæ infra enumeratæ non in tanta copia, saccharum producunt. Plantæ saccharum præbentes inter se maxime in habitu naturali discordant. Quædam sunt gramina, et herbacea, quædam frutices, et arbores, et aliæ Palmæ, " principes vegetabilium." Cunctæ tres divisiones magnæ plantarum prosunt. Algæ ad Acotyledones, et Acer Betula, Beta, &c. ad Dicotyledones pertinent; tamen Saccharum præcipue in divisione Monocotyledonum, in qua Gramina et Palmæ ponuntur, invenitur. Plantæ sacchariferæ in omnibus regionibus mundi conspiciuntur, et, quamvis præcipue e tractibus quæ inter tropicos jacent, defertur, tamen in locis frigidissimis, ut in Lapponia, ubi Betula crescit, obtineatur.

Distributio Plantarum quæ Saccharum præbent.

In Europa,

[1] *Acer campestre*, [2] *A. pseudo-platanus*, [3] *A. platanoides*, [4] *Beta vulgaris*, [5] *B. hybrida*, [6] *Daucus Carota*, [7] *Heracleum Sphondylium*, [8] *Pastinaca sativa*, [9] *Fucus saccharinus*, [10] *F. digitatus.*

In Europa et in Asia,

[11] *Betula alba.*

In Asia,

[12] *Borassus flabelliformis*, [13] *Elate sylvestris*, [14] *Arenga saccharifera*, [15] *Sium Sisarum*, [16] *Juglans regia.*

In Asia et in America,

[17] *Saccharum officinarum.*

In America,

[18] *Acer saccharinum*, [19] *A. rubrum.*

---

[1] DECANDOLLE, Essai sur les Prop. Med. des Plantes, p. 108.

[2–4] Ibid, p. 245.

[5–11] GRAY's Pharmacology, p. 180.

[12–16] Ibid, p. 20, et 180.

[17–19] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p. 108.

In Africa,

[1]*Holcus Cafer* (*H. saccharatus*, Decand.)

Scilla maritima.

Quamvis Scilla maritima longe spargitur in Asia, in Europa, et in Africa; nequaquam, ut ejus succedanea perpauca sunt, et in limitibus angustis tenentur, magnæ tractus mundi plantis, quæ valent æque carent. Hæmanthus coccineus habitantibus Promontorii Bonæ Spei, et Erythronium indicum medicis Indiæ, pro Scilla maritima vulgariter præcipiuntur. Omnia vegetabilia quæ cum Scilla concordant ad Monocotyledones pertinent, et in ordinibus naturalibus Liliacearum, et Amaryllidearum locantur.

Habitationes Scillæ, et ejus succedaneorum.

In Europa, in Asia, et in Africa,

[2]*Scilla maritima.*

In Europa tantum,

[3]*Anthericum Liliastrum.*

---

1 Decandolle, Essai sur les Propriétés des Plantes, p 309.

2 Duncan's Dispensatory.

3 Gray's Pharmacology, p. 22.

In Asia,

[1] *Erythronium indicum.*

In Africa,

[2] *Hæmanthus coccineus.*

SMILAX SARSAPARILLA.

Smilax Sarsparilla Americæ indigena est, et hinc remedium non facile est obtinendum, præsertim ad usum pauperum, qui sæpissime cum morbis cutaneis, in quibus utiliter exhibetur, conflictantur. Paucæ regiones succedaneis carent, et illa fere ubique obvia sunt, sed præsertim in Europa. Aliæ species Smilacis præter unam officinalem æque præstant, et secundum PERSOON radices S. siphiliticæ præcipue colliguntur[3]. Præcipuæ plantæ, quæ in Europa pro Sarsaparilla substituantur, sunt Carices, et species harum, quæ plurime commendantur vulgatissimæ sunt. Omnes Carices, secundum DECANDOLLE, quæ radices satis magnas habent, pro Sarsaparilla uti possint.

---

[1] DECANDOLLE, Essai sur les Propriétés des Plantes, p. 290.

[2] SCOTT, Tent. Inaug. Edin. 1819.

[3] Synopsis Plantarum, t. ii. p. 619.

Distributio Smilacum et succedaneorum.

In Europa,

[1]*Carex arenaria*, [2]*C. hirta*, [3]*C. disticha*, [4]*C. intermedia*, [5]*C. villosa*, [6]*Humulus Lupulus*, [7]*Saponaria officinalis*, [8]*Arctium Lappa*, [9]*Solanum Dulcamara*.

In Asia,

[10]*Smilax China*, [11]*Periploca indica*, [12]*Dracœna terminalis*.

In Europa et in Asia,

[13]*Smilax aspera*.

In America,

[14]*Smilax Sarsaparilla*, [15]*S. siphilitica*, [16]*S. pseudo-China*, [17]*Aralia nudicaulis*, [18]*A. racemosa*.

1–3 DECAND. Essai sur les Prop. Med. des Plantes, p. 304.
4 5 GRAY'S Pharmacology, p. 15.
6 7 Ibid. p. 476.
8 DUNCAN'S Dispensatory.
9 GRAY'S Pharmacology, p. 476.
10 DECANDOLLE, p. 292,
11 SCOTT, Tent. Inaug. Edin. 1819.
12–14 DECANDOLLE, p. 30, et 292.
15 PERSOON, Synopsis Plantarum, t. ii. p. 618.
16 GRAY'S Pharmacology, p. 24.
17 DUNCAN'S Dispensatory, 9th ed. p. 279.
18 DECANDOLLE, p. 292.

FINIS.